

FLETVS VRANIÆ

AB ALBIS AMNE DISCE.

dentis in favore Clarissimi Viri ac Præceptoris,

Domini PHILIPPI MELAN.

THONIS scripti, grati-

tudinis ergò

A

GEORGIO ALBANY

à Chyrkei Panmonio,

VVITEBERGÆ.

Anno 1560.

26

9 2/10 2020

OPHNOS
DE MORIE CLARISSIMI VIRI
PHILIPPI LANTHONIS,
Elegia.

Quales Vranie lacrymas effudit ad Albim,
Cum Sol igniferos manū regebat equos
Dicere fert animus, *Dij quēis mea carmina curæ,*
Ferte precor promptus in mea vota manus.
Nuper ut obscuras aurora fugauerat vmbas,
Et subijt gelidas Lucifer albus aquas:
Solutus eram, trepido voluens sub corde dolores,
Inuidia fors mæsti causa doloris erat.
Multaq; ad astantes effudi verba sodales.
His etiam ut præsens nota querela foret.
Nullus erat, qui me tam tristi sorte peremtum
Auxilio posset manū inuare suo.
Intueor caliam, caliam lugere videbam,
Ipsaq; nescio quō nubila nigra vehi.
Inspicio flores, suspiria ducere flores
Vidimus indignas imbre rigare comas.
Egredior claraq; vrbis iam tecta relinquo,
In loca quēis quondam multa latebat auis.
Albis ad vmbrosi syluam, quæ vimine denso
Congitur & multis confita arundinibus.
Ut minus in hyluis turdant mea pectora curæ
Anxietas animi, luctus & atra dies

Gaudia

Gaudia dum quero spatiose in margine hyluæ,
Et cupio nostris demere pauca malis.
Ipse etiam hyluæ miseris vlulare querelis
Ceperunt, volucres fundere triste melos.
In me calatum vultus crudescere cepit,
Capit ad hæc motus pectus habere nouos.
Talia cum vidi cogebat rumpere gressus,
Et dura læsum ponere corpus humo.
Quid facerem? casus patienter ferre volebam,
Consilij diuum cedere promptus eram.
Mens tamen ægra magis, multoq; ferocius vsit
Me pietas, & qui corde latebat amor.
Propositum violare meum, me forte coëgit.
Paucaq; in aduersos dicere verba Deos.
At hæc cum meditor bibulis inmixtus arenis
Pæna venit, certa non sine lege venit.
Non tutum est turbare Deum: magis vtile votis
Iratum nobis conciliare pijs:
Muto animum: pariter tensis ad sidera palmis
Effudi tales, ore tremente sonos.
Albi pater, si te tangit miseratio, si te
Vox mouet ista, tuum limine siste pedem.
Et cohibe fluctus sacrum caput exere Lymphis,
Est aliquid lacrymis tristitia posse queri.
Hæc rogo quæ dinam quo fas est accipe vultu
Et qua me poteris parte inuare, iuua

A 2 Forsit.m

Forſitan o vnde Diuum referetis ad aures
Heu, nimium miſero quod damus ore melos.
Scis pater o quanto fremuerunt murmure venti
Scis quoties vultus obruit vnda meos.
Qualiter & Boreas ſicca bacchatus ab Arcto
Quæ geſſit rupto turbine bella Notus.
Elato quanti ſurgebant æquore montes
Diducto rursus, quàm ſera vallis erat.
Spes vt erat vitæ, gelido depulſa timore
Cum fuerat noſtro DANIA tacta pede.
Cum miſer Arctoo mandaſſem corpora Ponto
Noſti quæ nuper naue pericla tuli.
Te duce ſed rursus placidum ſulcauimus æquor
Tam benè profuerant vota pudica mihi.
Vt profint eadem, te per venerabile numen
Te peto per Muſas Pieridumq; chorum.
Nam mea maiori tunciduntur pectora cura
Majores illis ſentio corde metus.
Tu potes adnerſos ſolus compeſcere ventos
Auxiliatrices huc quoq; pande manus.
Quid? quod hyems ceſſit, gelidæ ceſſere pruine
Et pulſæ terris Sole tepente niues.
Quòdſpiret omnis ager, quòd ſurgunt palmitæ flores
Quodq; diu teſtas inuenit herba vias?
Heu dolor, à nobis ſuperas reuocatur ad auras.
Leucorea verus Duxq; paterq; Scholæ

Qui

Qui docuit cælum, cælum qua parte petatur,
Quid poſſit pietas, atq; ſacrata fides.
Cuncta mee rupit iam iam ſolatia mentis,
Rupiffent vtinam ſic mea fila Deæ.
Hæc ego: Muſa caput viridi mox extulit antro.
Miſit & incomptas hirta per ora comas,
Si memini, facies multo pallore nitebat
Palla nec apta ſatis qua tegetetur erat.
Non Daphnes folys fuerat percincta, nec auro
Nec tenuit molli pleetra ſonora manu.
Hac viſa obſtupui gelidusq; per ima cucurrit,
Offa timor, quo non ſenior eſſe poteſt.
Illa tenens dextra, ramum de vertice fagi,
Contulit in verſus talia verba leues.
Me penes eſt cælum, radiantes noſcere ſtellas
Qua reſtitus ſolis ſint ratione dati
Quidq; hyemes faciat, quid ſyluis gramina reddat
Quid lætas ſegetes, perpetuasq; niues.
Cur variant motu, ſeptem ſine fine Planetæ
Quid faciat quauis ſtella locata domo.
Aſtra quid admonent noui, quid vbiq; locorum
Mars agat, & tardo quod vebat axe malum.
Non tamen hoc certè fieri iam poſſe putabam
Cultorem noſtri poſſe perire chori,
Exul eram quondam, inuenis ſacrata Deabus
Proh dolor in terris multa pericla tuli

A 3

Neo

Nec patuit domus vlla mihi, non antra ferarum
Nec licuit paruas incoluisse casas.
Heu quoties sterili commisi semina terre
Heu quoties pingui semina lesa solo.
Albi pater tanta est certè tibi cura sororum
Hospitio ansus eras demeruisse tuo.
Quod plus est, tepidis mea semina condita arenis
Ausus es in gremio rite fouere tuo.
Anne rigare leui, ne succus tempore desit,
Surgat vt in fructus vtilis herba suos
Littore tu poteras ferientes pellerè fluctus
Vt cæpta fragilis cresceret herba via.
Cum flos pulcher erat, noras comperescere ventos,
Sic venit in nostras semen & herba manus
Quid iam? quo cedam? nostra est erepta voluptas,
Nec locus hic nostris sedibus aptus erit.
Quo fugiam? qua me vertam? qua parte quiescam?
Obruor heu nimium, rursus & exul ero.
Me miseram quoties per deuia lustra vagabor,
Quot tenero sumam vulnèra seua pede?
Per te vix domui tot Barbara corda Melanthon
Hic tua membra iacent, Spiritus astra tenet.
O duram Lachesin secuit quæ fortia fila,
Quæ tulit audaces in tua tecta pedes.
Hæc tu, quæ dixi, cultor fidissime nostri
Hæc inquam inuenis collige verba precor.

Iunge

Iunge tuos nostris (eadem tibi causa) dolores,
Excipe disparibus verba relata modis.
Fac rogo, ne retice quas sudimus ore querelas
Hoc tamen effecto, non minus exul ero.
Dixerat, & tenero timidum pede fugit in antrum
Hic oculis nunquam conspicienda meis.
Sic dolor obtinuit Syluis: magis ipse dolebam
Musa quòd Albiacos lesa reliquit agros.
Sumpsi animum tandem: nolens parere dolori
Cogebat, senis iungere quinq; pedes.
Ereptus quia tu, nobis es morte Philippe
Hæc monumenta mei vera doloris habe.
Hæc tibi pro meritis canimus Diuine Melanthon
Si causam quæris, scribere iussit amor,
O quoties tu me de religione docebas
Quiq; Deo verus, sit tribuendus honor.
Et mundi fluxus qui sunt, qua lege tributi
Tu preceptor eras, tu meus hospes eras.
Deberem merito dignas tibi dicere laudes
Et dona ingenij concelebrare tui.
Sed mea perpetuis agitantur pectora curis
Icta velut ventis, mollis arundo tremit.
Et lacrymæ voces adinuant, vix contingit illud
Vt possim tristis, dicere triste, vale.

Eiusdem

Eiusdem Georgij Albani.

τῷ φιλάτῳ διδασκάλῳ φιλίππῳ μελάγχθονι ἐπισ-
κήδιον ἐποίησεν γιόργγιος ἀλβανός κυρκίδερ.

Ἡ ὄψιν κρατερῶν γερμανῶν ἦλθον ὡς ἄϊαρ
ὡς σε παιδευτὴρ κένει φιλίππε ἔχου,
ὄμματά σου τ' ἐβλεπον λείπει τήρω αἰθίδα γαῖαν
ὅτι γεχάσμα ἐμοὶ ἀπλετορ ἔσαι αἶε.
Σοῦτε διδάξαντος μέλι ὡς γλυκεὸς ῥέον αὐδῆς,
ἐσπασάμην θείης ῥῆμ' ἀκοῆ σοφικῆς,
ὡς περὶ δὴ πάντων διδάχῃ συνέσειτε ἔκδοτα
εὐσεβίστην θεῶν ἔπλεον δ' ἔργα θεοτοῖς.
Ὡς μάλ' αἰσῶν καλῶν μυσῶν κοσμοστε κράτοστῃ
ἢς μόνος, οὐδ' ἄλλος σοὶ τις ὅμοιος ἔκρ
πολλῶν γ' ἀνθρώπων σώσειν, ἡλ' ἠθέα ἔγνω
ἀλλὰ σὺν ἐν πᾶσιν φέρτατος ἦοτα θεοτοῖς.
τὸνεκα λευγαλήν ἰδὼσ' κύνεισε φιλίππε
ἀλγεα δεινὰ θανάων πένθος ἄμμι λίπεις.
Ὡς σοὶ μὲν κλέος ἐξ' ἀρετῶν λιπεις, ἀμμι δὲ πένθος
ποῖεις τ' ἐφ' ἄλλοις δάσκαλοις πολλὰ χέειν.
ἀλλὰ θανάων πῶσι σὺ βεβαίως χριστὸν ἰκοῦν
εἰδὼς λυτρωτὴν προσκυνέωντα σέθεν
ψύχῃ ἐπὶ νασερῶν σώματι σὺ λέλυται
σῶμα τιόν θάλερόν τυμβῶ ἀποκρύπτομεν αἶψῃ
σοῦτε κλέος σοφικῆς ἔμπεδον ἔσαι αἶε.

τέλος.

131